

1412. u. 17. Maii.

Ex Libro Privilegiorum  
Capit. Cracoviensis

123.

Stachow Oppidi Libertates multe

In Nomine Domini Amen. Quonia  
que aguntur in tempore, simul cum tem-  
pore a memoria hominum labuntur, ut  
si sint testimonio literarum perhennita.  
Proinde nos Petrus Episcopus Cracoviensis  
etc. Notum facimus harum serie lite-  
rarum, quibus expedit Muisensis presen-  
tium Notitiam habituris. Quod ex  
aspumpto nostro Pastoralis Officio inter  
ceteras sollicitudinum curas ad hoc  
praeipua (consideratione) meditauer,  
utilitatibus et commodis nostrorum  
Subditorum intendere, et bona nostri  
Episcopatus tempore nostri felicis  
Regimini in meliorem deducere  
conditionem. Hinc est, quod consideratis  
pluribus defectibus, et dicta nostra  
civitate melioratione de consensu  
Venerabilis nostri Capituli Ecclesie no-  
strae Cracoviensis, omnes et singulos  
agros nostre Civitatis Stachoviensis ad-  
iacentes incorporamus, et in jus Civi-  
tatis transtulimus, presentiumq; teno-  
re transferimus, et incorporamus. De qui-  
bus quidem agris, et de quolibet  
haeco per unum festonem medie  
tatem

28

tatem laterum grossorum monetae Gra-  
genensis, reliquam vero medietatem vide-  
bit sex grossos majorum quadrantum  
Graeviensis monetae, juxta conuetu-  
dinem, nobis et nostris successoribus per-  
solvat, item rubeta, sylvam et meri-  
cas praedictae Civitati adjacentia eide-  
Civitati et ipsius incolis appropri-  
mus, attribuimus, et incorporamus,  
dantes eisdem liberam facultatem,  
gramina in eisdem mericis crescentia  
in locis angulosis, non autem in pra-  
tis fulcastrandi et metendi. Volumus  
autem omnes et singulos Praetores  
districtus nostri Stawoviensis, et Prae-  
sertim in Jure theutonicali latatas  
pro supremo Jure ad Stawoviam ha-  
bere recursum. Insuper Civitatis no-  
strae praedictae Incolis omnia et sin-  
gula aedificia et Structuras, pro do-  
mibus ipsorum Opportuna, et alius  
artificibus, puta rotificibus, et Suto-  
ribus, pro ipsorum Mechanica arte  
robora exidendi, et querebus appor-  
tunis utifrui, in Sylva et mericis  
praedictis, damus et concedimus o-  
mnimodam libertatem, licet  
etiam dictis nostris civibus ipso-

num


~~~~~  
~~~~~  
~~~~~

rum pecudes et pecora et Scrophas in cam-  
 nis sylvis et mericis libere pascere) jux-  
 ta consuetudinem diu ab ipsis obtentam,  
 Statuimus etiam et ordinamus men-  
 sas salicidarum quotquot necesse fue-  
 rint, in quibus mensis nulli alteri  
 preterquam Civibus in Stawkow, vel  
 huic qui jus Civitatis habuerit sal-  
 licit vendere. Item omnibus et sin-  
 gulis quarumcunque villarum (meto-  
 ribus, et aliarum civitatum Incolis  
 pecudes et pecora mactare, et in  
 mensis dictis Sochaerki die fori car-  
 nos libere vendere, sine tamen pre-  
 judicio et damno mense nostre, et  
 aliorum quorum interest, videlicet Re-  
 ctoris Ecclesie in Stawkow et Advoca-  
 cati. Quod quidem forum volumus  
 peragere ab adventibus et Incolis  
 Sabato quolibet singulis Annis. Item  
 statuimus, et presentibus ordinamus,  
 quod nulli tabernatori villarum no-  
 strarum Districtus Stawkoviensis liceat  
 cerevisiam ab alia Civitate seu vil-  
 la alia ad propinandum conducere,  
 sed in Stawkow emere, et in ipsorum  
 tabernis propinare. Insuper Civita-  
 tem nostram predictam Stawkow, et  
 Ipsius

Ipsius Incolas presentibus libertamus  
et exemimus, ut coram nullo alio Judi-  
ce seculari cuiuscunque Conditionis  
dictus Judex fuerit, quibuscunque  
personis, etiam Nobilitatis generis  
de ipsis querulantibus duntaxat coram  
advocato Civitatis Starohow, aut  
si causa gravis fuerit coram nobis,  
aut nostris Successoribus, aut coram  
aliquo alio per nos ipsos vel di-  
ctos nostros Successores Specialiter  
Deputato debeant respondere, et in o-  
mnibus et singulis causis jure  
Civitatis predictae debent judicari, ni-  
si menses nostrae specialiter fuerint  
obligati, ratione Debitorum nostrorum  
concessorum talibus vel venditorum  
qui judicabuntur in Curia nostra Staro-  
how per duos Scabinos et Advocatum  
Civitatis ejusdem. (Ceterum si aliquem)  
Convincere et Incolam penas Judici-  
ales nobis et nostris Successoribus de  
Judicio debitas incurrere, aut contra  
nos, seu nostros Successores ac Cap-  
itanos, seu Vladarios quocummodo ex-  
cedere contingat. Volumus qd cyppo  
et correctione civili exigantur et corri-  
gantur super hujusmodi excessu, etiam

ii  
M  
W  
e

si alicui Concivis et Incolis dicte no-  
stre Civitatis Starokow per aliquem  
hominem a Civitate extraneum etiam  
per nostros seu nostrorum Successorum  
Castri Clientes presertim nocturno tempo-  
re, si violentius aliqua et perhonescen-  
tia inferatur, volumus quod si imme-  
diate circa violentiam illatam fuerit  
deprehensus, jure civili Super hujus-  
modi excessu judicetur. Preterea volumus,  
quod Civitas nostra Starokow predicta et In-  
cola ejusdem eodem jure gaudeant in  
molendinis, quo et alie Civitates circum-  
sita gaudent et gaudebant, videlicet  
ut justa mensura emolumentum cum  
bladis, brassis, et aliis frumentis addu-  
ctis ad molendinum q. Molendinator  
sit adstrictus ad deponendum, et rein-  
ponendum predicta, damus etiam  
plenam libertatem Concivibus Civitatis  
predicte cerevisiam Sudnicensem, ibidem  
in Starokow libere propinandi nunc  
et semper. Insuper in locus circum-  
sitis aque parte ex utraque dicte  
Alba proxima, vulgariter dictis Lato-  
si de novo extirpandis pro hortis hu-  
mili aut pratis concedimus extir-  
pandi plenam libertatem, pro quo



rum extirpatione dictos cives à Solutione  
ne nostri census per quatuor annos  
libertamus. Elapsis vero dictis quatuor  
Annis, cives predicti, qui dicta loca Sa-  
tohi extirpaverunt, et obtinuerunt, et  
ipsorum Successores, nobis et nostris Suc-  
cessoribus ad Solutionem competentem  
sunt. astricti. Volumus etiam pro secu-  
ritate Civitatis nostre predictae, quod  
Malefactoribus aut profugis Civitatis  
ejusdem à nullo alio frequentius detur,  
quam à Civitate predicta, aut etiam  
à Capitaneo, sive Meladario nostro Sta-  
kovienii, cum Consensu tamen Civitatis  
Stakovienensis, licebit etiam Incolis Civi-  
tatis nostre predictae libere pisces pran-  
dere, seu piscari in aqua, sive flu-  
vio dicto Alba Drrensza tantummodo  
cum hanc vulgariter dictis Sacky  
per medium miliare sursum à  
Civitate, et per dimidium miliare  
deorsum aque fluxus ejusdem, Con-  
stitutionibus vero, et libertatibus per  
nos ipsis concessis perpetuis tem-  
poribus Jure Mayburgensi gaudebant.  
Postremo autem constituimus et or-  
dinamus de plumbifodinis Luppe  
nostre Stakovienensis, Volentes quod

omnes

omnes qui in eisdem Plumbifodiis,  
 plumbum foderint, et adepti fuerint sibi  
 decem centenarios plumbi libere inde  
 accipiant, nobis vero undecimum cen-  
 tenarium pro Stappis nostris juxta  
 consuetudinem diu servatam assigna-  
 bant. In quarum omnium fidem et  
 evidentiam plenior, presentes no-  
 stras literas scribi, nostrique et præ-  
 fati nostri Capituli sigillis majoribus  
 appensione fecimus, communiri.

Actum et Datum Cracovie Die Decii-  
 ma Septima mensis Maii Anno  
 Domini Millesimo quadringentesimo  
 duodecimo. Presentibus ibidem Vene-  
 rabilibus, et Honorabilibus Viris Do-  
 minis Michaële Scholastico Gnesnen-  
 si Canonico, et Officiali Cracoviensi,  
 Magistro Joanne de Fathow Canonico Cra-  
 coviensi.

